& ratione probari poteſt. Contraria enim Contrariis pugnant. extrema verò & mediis,& ſibi. Medium enim vtrumlibet eſt ad vtrumlibet, vt æquale minore quidem maius: maiore verò minus exiſtit. Itaque neceſſarium eſt, virtutem moralem circa media quædam verſari, & medium quippiam virtutem eſſe. Reſtat igitur, vt dicatur cuiuſmodi medietas virtus ſit,& circa quæ verſetur media. Quæ omnia dilucidiùs exemplis,veluti in tabula adumbrabimus. Sumatur enim

Iracundia, doloris carentia,manſuetudo:
confidentia,timor,fortitudo:
impudentia,ſtupor,verecundia:
intemperantia,ſine ſenſu vita,modeſtia.
(nam oppoſitum modeſtiæ, quod hic ἀναισθησίαν vocamus, nomine vero caret.)
vindicta:
lucrum,damnum,iuſtum.
prodigalitas,ſordes,liberalitas:
iactantia,diſſimulatio,veritas:
adulatio,odium,amicitia:
placendi ſtudium,contumacia,grauitas:
mollities,afflictio,tolerantia:
oſtẽtatio inepta, puſillanimitas,magnanimitas:
profuſio ſumptuoſa, illiberalitas.
magnificẽtia: verſutia,ſtultitia,prudẽtia.

Hæc, atq. eiuſmodi affectiones animis accidunt, ac ab exceſſu, defectúque nomen acquirunt.Iracundus enim dicitur,qui vehementiùs,& citiùs,& ob plura,quàm deceat, excandeſcit. Dolore autem vacans deficit, in quibus, & quando,& quomodo conueniebat. Confidens, qui non metuit, nec quæ decebat,nec quãdo,nec quo modo.Timidus verò,qui metuit quæ non cõuenit,nec quãdo,nec quo modo. Similiter & intemperans, cupiditatibúſque indulgens,& qui modum neſciat, in re quacunque tãdem. Senſu verò humano caret, qui nec quantum expetit, nec ſecundum naturam concupiſcit, ſed omnis affectionis, ad inſtar lapidis expers eſt Lucri cupidus, qui vndequaque quæſtum aucupatur. Negligentes verò, aut nuſquam,aut à paucis certè conquirunt.Iactabũdus, plura quàm poſſideat, oſtentat. Diſſimulator,pauciora. Aſſentator plura,quàm deceat,laudat. Odio proſequens,pauciora. Qui nimis ad voluptatem comparat orationem,placendi ſtudioſus: verùm qui ægrè, aut pauca ad gratiam dicit, contumax appellatur: & qui nullum dolorem, etiam ſi expediat, ſuſtinet, mollis: qui verò omnem, proprio quidem, & ſimplici nomine caret,ſed trãſlato,obduratus,ærumnoſus,miſeriiſq. natus dicitur. Oſtentator ineptus,

A καὶ τοῦ λόγου. τὰ γὰρ ἐναντία φθείρει ἄλληλα· τὰ δ᾽ ἄκρα, καὶ ἀλλήλοις καὶ τῷ μέσῳ ἐναντία. τὸ γὰρ μέσον ἑκάτερον, πρὸς ἑκάτερόν ἐστιν. ὅτι ἴσον τοῦ μὲν ἐλάττονος μεῖζον, τοῦ μείζονος δὲ ἔλαττον. ὥστ᾽ ἀνάγκη τὴν ἠθικὴν περὶ μέσ᾽ ἄττα εἶναι καὶ μεσότητα τινά. ληπτέον ἄρα ποία μεσότης ἀρετὴ, καὶ περὶ ποῖα μέσα. εἰλήφθω δὴ παραδείγματος χάριν, καὶ θεωρείσθω ἕκαστον ἐκ τῆς ὑπογραφῆς,

B ὀργιλότης, ἀναλγησία, πραότης,
θρασύτης, δειλία, ἀνδρία.
ἀναισχυντία, κατάπληξις, αἰδώς.
ἀκολασία, ἀναισθησία, σωφροσύνη.
φθόνος, ἀνώνυμον, νέμεσις.
κέρδος, ζημία, δίκαιον.
ἀσωτία, ἀνελευθερία, ἐλευθεριότης.
ἀλαζονεία, εἰρωνεία, ἀλήθεια.

C κολακεία, ἀπέχθεια, φιλία.
ἀρέσκεια, αὐθάδεια, σεμνότης.
τρυφερότης, κακοπάθεια, καρτερία.
χαυνότης, μικροψυχία, μεγαλοψυχία.
δαπανηρία, μικροπρέπεια, μεγαλοπρέπεια.
πανουργία, εὐήθεια, φρόνησις,

τὰ μὲν πάθη ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, συμβαίνει ταῖς ψυχαῖς. πάντα δὲ λέγεται τὰ μὲν τῷ

D ὑπερβάλλειν, τὰ δὲ τῷ ἐλλείπειν. ὀργίλος μὲν γάρ ἐστιν ὁ μᾶλλον ἢ δεῖ ὀργιζόμενος, καὶ θᾶττον, καὶ πλείοσιν ἢ οἷς δεῖ· ἀνάλγητος δὲ, ὁ ἐλλείπων, καὶ οἷς, καὶ ὅτε, καὶ ὡς. θρασὺς δὲ, δὲ, ὁ μήτε ἃ χρὴ φοβούμενος, μήθ᾽ ὅτε, μήθ᾽ ὡς· δειλὸς δὲ, ὁ καὶ ἃ μὴ δεῖ, καὶ ὅτ᾽ οὐ δεῖ. καὶ ὡς οὐ δεῖ ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀκόλαστος καὶ ἐπιθυμητικὸς, καὶ ὁ ὑπερβάλλων πᾶσιν ὅσοις ἐνδέχεται·

E ἀναίσθητος δὲ, ἐλλείπων καὶ μηδ᾽ ὅσον βέλτιον, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἐπιθυμῶν, ἀλλ᾽ ἀπαθὴς ὥσπερ λίθος. κερδαλέος δὲ, ὁ πανταχόθεν πλεονεκτικός· ζημιώδης δὲ, ὁ μηδαμόθεν, ἀλλ᾽ ὀλιγαχόθεν. ἀλαζὼν δὲ, ὁ πλείω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος· εἴρων δὲ, ὁ ἐλάττω. καὶ κόλαξ μὲν, ὁ πλείω συνεπαινῶν ἢ καλῶς ἔχει· ἀπεχθητικὸς δὲ,

F ἐλάττω. καὶ τὸ μὲν λίαν πρὸς ἡδονὴν, ἀρέσκεια· τὸ δ᾽ ὀλίγα καὶ μόγις, αὐθάδεια. ἔτι δ᾽ ὁ μὲν μηδεμίαν ὑπομένων λύπην, μηδ᾽ εἰ βέλτιον, τρυφερός· ὁ δὲ πᾶσαν ὁμοίως, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀνώνυμος· μεταφορᾷ δὲ λέγεται σκληρὸς. καὶ ταλαίπωρος, καὶ κακοπαθητικός. χαῦνος δ᾽, ὁ μειζό-